



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1063. Usque Ad Annum 1100

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1761**

**VD18 90117964**

§. 16. Epistola in Philippum Regem Franciæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66363](#)

Sæculum XI. quam quatuor in toto mundo Patriarchæ  
A.C. 1074. existant. Nibilominus hæc Dignitas  
 apud vos ex inopia rerum temporalium,  
 & accisa potentia, ita viluit, ut bujus-  
 modi tenuitas ne quidem in simplici Epi-  
 scopatus Sede toleranda videatur. Nos  
 equidem meminimus, Dominicum Patriar-  
 cham beatæ memorie, Antecessorem bu-  
 jus, qui modo Sedem tenet, ob nimiam  
 egestatem locum deserere voluisse; sed &  
 iste dicit, non minore se paupertate labo-  
 rare. Quapropter vos, carissimos filios,  
 admonemus, ut memores pristinæ nobilitatis  
 collatum vobis honorem & Apostoli-  
 cæ Sedis erga vos benevolentiam ulterius  
 non negligatis. Sed communi consilio de  
 remedii pertractetis, quibus antiquæ cel-  
 situdini conservandæ studeatis, nobisque,  
 quid aëtum fuerit, indicetis. Hæc epi-  
 stola trigesima Decembris anno millesimo  
 septuagesimo quarto data.

## §. XVI.

*Epistola in Philippum Regem Fran-  
 ciæ.*

**I**nter hæc Gregorius Papa, in Philippum  
 Regem Franciæ magis magisque accen-  
 sus, ad illius Regni Episcopos Epistolam  
 dedit, in qua quot apices tot fulmina vide-  
 ri possunt. Speciatim dirigitur ad Archi-  
 episcopos tres, Manassem Remensem, Ri-  
 cherium Senonensem, Richardum Bitu-  
 ricen-

*Il. ep. 5.*

turicensem, & Adralduin Episcopum Car-Sæculum XI.  
 nutensem. In ea deflet Pontifex rui- A.C.1074.  
 nam Francici Regni, olim florentissimi  
 & potentissimi, ac culmen honoris con-  
 culcatis legibus collapsum. *Omnia cri-  
 mina, inquit, apud vos sunt impunita.*  
*Perjuria, Sacrilegia, incestus, proditio,*  
*levia reputantur.* Et, quod nusquam  
 terrarum, cives, propinqui, fratres etiam,  
 aliis alios in acie capiunt. Peregrini Ro-  
 manam pergentes aut inde revertentes vin-  
 ciuntur, in carcere conjiciuntur, acrius a  
 vobis quam ab Infidelibus torquentur, &  
 plura, quam pauperes habeant, crudeliter  
 exiguntur. Tantæ calamitatis auctore est  
 Rex vester, imo non Rex sed Tyrannus,  
 qui omnem ætatem suam flagitiis & faci-  
 noribus polluit, qui miser, infelix, & fru-  
 stra Regale sceptrum rotans, non solum  
 subiecti sibi populi crimina turpi ignavia  
 tolerat, sed etiam pessimo exemplo ad sce-  
 lebra Ducem se præbet. Nec satis visum  
 est ei direptione Ecclesiarum, latrociniis,  
 adulteriis, perjuriis, fraudibus, nobis, ut  
 vitam emendaret, ne quicquam obsecranti-  
 bus, iram Dei meruisse, sed nuper merca-  
 toribus, ex aliis Regionibus in Franciam  
 ad nundinas proficiscentibus, prædonum  
 more magnam pecuniae vim abstulit, quod  
 antebac a Rege factum fuisse ne quidem in  
 fabulis refertur. *Vos vero etiam, Fra-  
 tres, extra culpam non estis, qui dum per-*  
*ditissi-*

Sæculum XI. ditissimis factis ejus Sacerdotali vigore  
A.C. 1074. non resistitis, procul dubio nequitiam il-  
lius consentiendo foveatis. Nam si Regem  
vestrum a delictis cohibere contra jus &  
reverentiam promissæ ipsi fidelitatis esse  
putatis, longe vos fallit opinio, multo  
enim fidelior est, qui alium e naufragio  
animæ suæ vel invitum retrahit. Cete-  
rum quod timeatis nihil est, quoniam vo-  
bis ad defendendam Justitiam constanter  
conjunctionis tanta virtus foret, ut illum si-  
ne omni vestro periculo a consueta male-  
faciendi libidine revocare possetis. Quam-  
quam vero etiam timor & periculum mor-  
tis immineret, vos tamen libertate Sacer-  
dotalis Officii uti oportet.

Unde rogamus vos & Apostolica au-  
toritate monemus, ut communi consilio  
de ejus Salute & Regni periculo Regem al-  
lquamini, quam nefanda sint ejus facta  
ostendatis, omni conatu obstinatum ani-  
mum flectere studeatis, ut damnum merca-  
toribus illatum resarciat, quod si abnuat  
(sicut vos ipsi scitis) inde discordia &  
inimicitiae orientur. De cetero urgete,  
ut delicta sua corrigat, & relictis juven-  
titis suæ moribus, justitiam reducat, at-  
Gregor. VII. tritam Regni Dignitatem & gloriam re-  
contra paret. Tandem, ut ceteros ad ea, quæ re-  
Philippum &a sunt, facienda coerceere valeat, ipse pri-  
Regem mus quæ sunt iniqua relinquat.

Quod

Quod si vos audire noluerit, & abje-Sæculum XI.  
 Et timore Dei, nec propriæ gloriæ jaētu- A.C. 1074.  
 ra, nec populi sui ruina moveatur, indica-  
 te pertinaci, eum Apostolicæ animadver-  
 sionis gladium nequaquam diutius effu-  
 gere posse. Vos quoque Ecclesiam Roma-  
 nam Matrem vestram imitemini, ab ob-  
 sequio & communione bujus Principis vos  
 penitus separate, per universam Franciam  
 omne Divinum Officium publicum inter-  
 dicite. Quod si nec bujusmodi rigore vo-  
 luerit resipiscere, nemo ignoret, nos nul-  
 lam viam intentatam relicturos esse, qua  
 Franciæ Regnum a pessimo Domino libe-  
 remus. Sane si vos in tanto negotio tepi-  
 dos esse cognoverimus, non amplius dubi-  
 tabimus, quin vestra socordia efficiat, ut  
 corrigi nequeant, vosque ipsos sicut socios  
 & complices scelerum ejus Episcopali pri-  
 vatos Officio pari vindictæ jaculo ferie-  
 mus. Testis enim nobis est Deus, quod  
 hæc neque precibus, neque pretio alicujus  
 ducti facturi simus, sed solo dolore tacti,  
 quod tam nobile Regnum, & innumerabi-  
 lis populorum multitudo unius perditissi-  
 mi hominis culpa pereat. Hæc epistola  
 decima Septembbris anno millesimo se-  
 ptuagesimo quarto data est.

Eodem stilo elapsis duobus mensibus II. ep. 12.  
 scripsit Papa Guilielmo Comiti Pieta-  
 viensi. Iterum queritur de rapina, qua  
 Rex mercatores illos Italos violasset,  
 horta-

Sæculum XI. hortaturque Comitem, ut cum Episcopis  
 A.C. 1074. Proceribusque Franciæ operam jungens,  
 Regem ad emendandam vitam & par-  
 cendum peregrinis Romam potentibus  
 permoveret. Nam hæc duo præ ceteris,  
 nempe salutem peregrinantium & mer-  
 catorum, Pontifici cordi fuisse nemo non  
 videt. Tum subjungit: *Si Rex in erro-  
 ribus perseveret, eum a Communione Ec-  
 clesiæ in Concilio Romano separabimus,  
 omnesque illos, qui ei bonorem exhibebunt,*  
*& obedientiam alias Regibus debitam*  
*præstabunt. Quæ Excommunicatio sin-  
 gulis diebus supra Altare S. Petri confir-  
 mabitur. Diu enim ipsius crimina dis-  
 simulavimus; nunc vero invisum omnibus*  
*Bonis & intolerabilem usque adeo se reddi-  
 dit, ut si etiam tanta potestate valeret,*  
*quantam Imperatores Gentiles in SS. Mar-  
 tyres exercuerunt, nihil nos deterrere pos-  
 sit, quo minus ab iniquissimo Principe se-  
 verissimas pœnas exigamus.* Ejusdem  
 generis comminationes in Philippum Re-  
 gem Franciæ addidit Gregorius, cum  
 Manassii Archiepiscopo Remensi mense  
 Decembri sequente scriberet. At nul-  
 lum in Francia effectum has epistolas se-  
 cutum fuisse legimus.

II. ep. 32.

## §. XVII.

*Concilium Rotomagense.*

Eodem anno millesimo septuagesimo  
 quar-